Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

separationem quia coniunxerat deus. Et Christum in initio pariter deus auxilii ligamenta solidaverit. Crisostomus. Deinde quia grave erat quod dixerat statim reducit sermonem ad antiquam legem dicens. Ab initio autem non fuit sic. Ieronimus. Quod dicit hoc est. Providendo primum sibi esse Christus, ut aliud non voluerit et se certiam suam novo frangat imperio. Non ita sentiendum est. Sed Moyses cum videret propter desiderium coniugum secundarum quod vel ditiores, vel iuniores, vel pulchriores essent priores uxores interfici, aut malam vitam ducere, ducere maluit indulgere discidium quam odia et homicidia perseverare. Simul quia considera quod non dixit propter duritiam cordis vestri permisit vobis deus. Sed Moyses, ut iuxta apostolum consilium esset hominis, non imperium dei. Crisostomus. Propter ea bene dixit quia Moyses hoc permisit, non precepit. Quod enim precipimus semper volumus. Quod autem permittimus nolentes indulgemus quia malam voluntatem hominum ad plenum prohibere non possumus. Permisit ergo vobis facere mala, ne faceretis peiora. Ergo hoc vobis permittendo non vobis dei iustitiam demonstravit, sed a peccato abstulit culpam peccandi ut cum secundum legem agentibus vobis peccatum nostrum non videatur esse peccatum.

Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit mechatur. Et qui dimissam duxerit mechatur.

Crisostomus. Quia os eorum oppilaverat, iam cum auctoritate legem introducit dicens. Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit mechatur. Origenes. Forte autem dicet aliquis quod Christus hoc dicens. Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem permisit uxorem dimittere quod ad dominum Moyses quod vetuit propter duritiam cordis vestri hoc permisisse. Sed ad hoc respondendum est quod non si secundum legem adultera lapidatur, non secundum hoc intelligitur res turpis propter quam Moyses permittit libellum repudii. Non enim in adulterio oportebat libellum dare repudii. Sed forsitan Moyses omnem culpam mulieris turpem rem appellavit que si inventa fuerit in uxore scribitur in ei libellus repudii. Querendum est autem si propter solam causam fornicationis dimittere iubet uxorem, quid est si mulier non fuerit fornicata, sed aliud quid gravius fecerit, ut puta venefica inveniatur aut interfectrix filiorum. Sed dominus exponens rem alibi dixit. Qui dimiserit excepta causa fornicationis facit eam mechari dans ei occasionem secundarum nuptiarum. Sola ergo fornicatio est que uxoris vincit affectum. Immo cum illa unam carnem in aliam diviserit et se fornicatione separavit a marito, non debet teneri, ne virum quoque sub maledictione faciat dicente scriptura. Qui adulteram tenet stultus et impius est. Crisostomus. Sicut enim crudelis est et iniquus qui castam dimittit, sic fatuus et iniquus qui retinet meretricem. Nam patronus turpitudinis est qui crimen celat uxoris. Augustinus. Non tamen erit turpis nec difficilis et post patrata et purgata adulteria reconciliatio coniugii, ubi per claves regni celorum non dubitatur fieri remissio peccatorum non ut